



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 100. Amadæus nomen Felicis V. assumit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. vel demere, omnino liberum non esse, ut  
A. C. 1439. potè quæ facultas soli Synodo reservata  
 foret. II. Necessarium esse, Amadæum  
 mox dato in sui electionem consensu, ve-  
 stibus supremæ suæ dignitati consonis or-  
 nari, ut summi Pontificatus possessionem  
 accepisse monstaret. III. Ducis nomen  
 commutandum esse, cum id exigeret an-  
 tiquissimus Romanæ Ecclesiæ usus, ac  
 ipsem Christus Dominus, qui sancti Pe-  
 tri nomen mutasset. Nihilominus bar-  
 bam juxta normam a Pontificibus ges-  
 ri solitam tum nullatenus sibi radi voluit,  
 quocirca Legati ad tempus in hoc Am-  
 adeo cesserunt,

## §. C.

*Nomen Felicis V affumit.*

Postquam igitur dies nominatus ille  
 rat, Legati ad alloquium confelum  
 admissi, nomine Concilii Amadeo Duci  
 electionis suæ literas offerebant, ac diu  
 reluctantem tandem permovebant, ut Ec-  
 clesiæ clavum, invitus licet, & plurimis  
 obortis lacrimis susciperet; emisso jura-  
 mento, electoque sibi nomine *Felicis Quin-*  
*ti.* Induebatur mox ornamentis Pontif-  
 calibus, nequaquam tamen barbam, quam  
 fatis prolixam nutriebat, sibi tonderi pa-  
 sus, sed eam more suo, conniventibus ce-  
 teris, aliquamdiu gestavit. Consecraba-  
 tur

tur postmodum a Cardinale Arelatensi, ei-Sæcul. XV.  
que Piscatoris annulus consignatus, quo A. C. 1439.  
facto ab adstantibus in Ecclesia Monaste-  
rii ad S. Mauritium Pontifex salutatus, so-  
lio impositus est. Postera die relicta Ri-  
palia Tunonium petiit, ut ibidem Ponti-  
ficiæ dignitatis munia obiret, ubi sacris  
quoque solemniiis in vigilia nativitatis  
Dominicæ interfuit: Cum vero plurimis  
promissior Papæ barba satis ridicula vi-  
deretur, & ipse ob rei novitatem, quæ  
Pontificia Majestate indigna esset, a plu-  
ribus illuderetur, eam sibi abradi per-  
misit.

### §. CI.

#### *Septendecim Cardinales ab Eugenio Papa creati.*

Interea Eugenius Papa, ubi novam Pon-  
tificis electionem perceperat, Legum  
severitate in Felicem animadvertere de-  
crevit. Quapropter illum hæreticum,  
atque schismaticum, ejusdem vero ele-  
ctores, fautores, & asseclas, nisi intra  
quinquaginta dierum spatium ab eo desi-  
cerent, anathematis poenæ obnoxios de-  
claravit. Ex adverso Basileenses cuncta,  
quæ ab Eugenio decreta erant, in irri-  
tum revocabant, atque eis morem geri  
prohibebant. Hic vero, ut suorum nu-  
merum augeret, Virosque sibi accenseret,

M m 4

qui